Vr. 195)

Dn. Cas. Danielj Heurnio

Pax christj.

Sedemq; etiam nunc Duisburgi Consul clarissime: responsum aliquod isthinc ad preces nostras tam ce-
bras penèq; iam improbas auidissimè exspectantes. Exasserè iampridem Cal. Februarij, neq; Dn. Her-
[=Mscr. a. 12: mannus Scholarcha illo verbo de sua me voluntate certiorem fecit. Quid facerem? hic grauels jump-
Vr. 199] tus fero cum damno: isthic (quantum intelligo) incusstodita diripiuntur opes. Constituera cũ
DEO sub decimum quartum Cal. Martias à Soceris me disiungere, meq; cum meis familiaribo
in viam dare. Sed neq; iam id licet per furiosas tempestates, neq; qui nos hic peregrinantes
aluerunt prius mihj conredere filios volunt, quam resciuerint misso isthuc nuncio, primũ satis
ne iam a contagio expiata sint isthic omnia? Tum autem, qua tandem satis tuta via? qua
spe demq; quoue consilio iturj isthuc simus? Et ne cuj id forte curiosum videatur, sciat me istiq
ineundj propediem itineris gratia in magna solicitudine esse, cuiq pericula si salutis meorũ or-
poribq euasero, non dubitem sumptq aliequj non exiguas in lucro (ut ille loquitur) deputare.
Intelligebat Vasmarj Cons: prudentia, me nisi Collegas uno mecum iugo nitentes habeam: nihil
Scholis vestris conferre posse. Sciebat id quoq;, ante annos septem me meo magno dispendio
Brema emigrasse ad homines ignotos, quod istiusmodj clamosos Swarmeromastiges perpeti nõ
possem. quibq quando id video studio esse, ut strenuos probris deforment, timidis autem iugũ
imponant: nulla mercede conducj possum ut diutiq sustineam in eadem cum ipsis cauea concludj.
Cariores sunt enim meo cordj coetq piorum Fratrum, quos isti matæologj Cmolianos appellant,
quam ut velim hoc canum caput illic congressibq adiungere ubj tam preciosa corporis Christj
membra, procacibq linguis è sublimj solio publicè impuneq; lacerantur. Sed illuc redeo. Scie-
bant Scholarchæ prudentissimj, nullam unquam pacem Scholicis rebq esse posse: donec huic pu-
sillo Rectorj tanquam equo senescentj, diuersæ factionis feroces pullj in eadem planicie iunge-
rentur. fuerat igitur satius (meo quidem iudicio) pestis interuentu excussum, placide hones-
teq; amittere. Molanum: quam ad easdem contentiones reuocato, nouas et quidem irrecon-
ciliabiles turbas concitare. Non sum turbulentus in his quæ salutis conscientiæ regulis dissimu-
larj queunt: sed quæcunq; ad sinceram mihi concreditæ iuuentutis institutionem atq; ad ve-
ros DEI cultus pertinent, in his emoriar potius quam ut rediqar in aliquam indignã libero
Spiritu seruitutem. Consulite tranquillitatj vestræ, inuenietis alium ducem, cuj non sit tã frigidq
circa præcordia sanguis. Id ego si per hunc tabellariam cum gratia impetro, veniam isthuc
ad amicos salutandos vel solq. Sin per epistolam nihil efficio, veniam cum familia coram facta-
rq periculum, quanto prior frons sit occipitio, quantoq; sit melig adire et colloquij, qm litteris ex-
peritj. Semper tamen eõdem reuoluetur controuersiæ cardo. Nisi enim obstacula quæ scitis, è me-
dio remouentur, nullis me machinis retinere poteritis in ista gubernatione. Hanc animum mihj
non faciunt, aliundæ oblatæ conditiones. Hoc animo prædiq fuj antequam isthinc abirem.
hunc sæpe amicis indicauj præsens. Hunc Doctorj Euuichio prolixe testatq sum Calendis
Nouembribq, quo tempore neq; me vocarat Heidelberga, neq; litteras huc miserant patriotæ.
hunc animum mihi peperit dura necessitas, hunc præsens, absens. quo compendio quoue dis-
pendio retinebo. Vale. Idib. Febr. Duisburgi. 1. 5. 6. 7.

Johannes Molanus.